

per electionem in Maiori Consilio et approbari ad unum ad unum ut approbantur alij officiales et sint per duos annos cum commissionibus condicionibus et salario quibus sunt domini de nocte qui ad presens sunt in Candida et non possint priuari ut de iudicibus dictum est et possint accipi et refutare et debeant recedere per omnia ut supra de iudicibus dictum est, nec possint recipere donum uel presens et debeant uenire ad campanas et incurrant penas ut dictum est de iudicibus antedictis et sint ab annis XXV supra et LX infra.

60 N<sup>o</sup> 183. Capta. Residuum autem partis nos contingentis de officijs Crete dari debeat per ducham et consilium suum nostris scilicet Venetis solum, sicut sibi melius apparebit.

65 N<sup>o</sup> 184. Nec dehinc possit concedi per modum gratie de officijs huiusmodi Crete scilicet iudicatus dominis de nocte de quibus captum est alicui sub pena de libris L pro quolibet consiliario ponente partem uel alio qui ualeret ipsam ponere. 46.

N<sup>o</sup> 185. Capta. Quod non possit concedi alicui de officijs huiusmodi Crete tam scilicet de parte nostra quam de parte deinde nisi per sex consiliarios tria capita de XL, XXXV de XL et tres partes Maioris Consilij.

70 N<sup>o</sup> 186. Capta. Et premissa omnia reuocari non possint nisi per V consiliarios. II capita de XL et duas partes Maioris Consilij, et scribantur et addantur in commissionibus rectorum deinde.

75 N<sup>o</sup> 187. Capta. Ceterum quia interdum per aliquos rectores Crete dantur uni persone duo, tria et sepe quatuor officia in uno eodem tempore, quod utique non est equum nec utile in partibus illis, consulunt quod prouideatur quod deinceps alicui persone in dicta insula non possit dari alicui persone per nostros rectores in uno eodem tempore ultra unum officium quod habet salarium uel prouentus aliquos.

F<sup>o</sup> 26<sup>r</sup> N<sup>o</sup> 232. Die XIII Aprilis.

80 Capta. Quod terminus Sapientum Crete elongetur per totum presentem mensem Aprilis.

9

Αἱ ἀδελφαὶ Ἰακωβίνα, Μαριτζόλα, Μαγδαληνὴ καὶ Μαρκεζίνα θυγατέρες τοῦ ποτὲ Πέτρου Δελαπόρτα καὶ ἐγγοναὶ τοῦ Ἰωάννου Δελαπόρτα ἐκ Χανίων ἀνέφερον, ὅτι ὁ Ἰωάννης Δελαπόρτας διὰ διαθήκης τοῦ κατέλιπεν εἰς τὸν Πέτρον υἱόν τοῦ δύο τιμάρια καὶ πολλὰ ἄλλα κτήματα, ὑπὸ τὸν ὅρον ὅτι ἐν τῶν τιμαρίων τούτων, ἦτοι τὸ πρὸς τὸν Κόλπον, νὰ μένη ὡς καταπίστευμα. Ἀποθνήσκων ὁ Πέτρος διέταξε κληρονόμον τοῦ τὴν σύζυγόν τοῦ Ἀλβερτίαν, ἣτις ἀποθνήσκουσα καὶ αὕτη, δυνάμει τῆς διαθήκης τοῦ συζύγου της κατέλιπε κληρονόμον τῶν κτημάτων τοῦ συζύγου της, ἀνηκόντων εἰς τὰς θυγατέρας της, τὸν Ἀνδρέαν Βασέγιον κληρικόν, ἀδελφόν της. Οὗτος γενόμενος ἐπίτροπος τῶν τριῶν θυγατέρων ἀνηλίκων κατέστη συγχρόνως πιστωτὴς τῆς περιουσίας τοῦ Πέτρου Δελα-



πόρτα καὶ ὡς τοιοῦτος ἐνήγαγε ἐνώπιον τοῦ ρέκτορος Χανίων τὰς κληρονόμους. Ἐκδοθείσης ἀποφάσεως κατ' αὐτῶν, ἐγένετο κύριος τῶν δύο τιμαρίων, τοῦ τε καταπεπιστευμένου καὶ τοῦ ἐλευθέρου, τὰ ὅποια καὶ κατέγραψε ἐπ' ὀνόματι ἄλλου προσώπου λαϊκοῦ, διότι οἱ κληρικοὶ δὲν δύνανται νὰ εἶναι τιμαριοῦχοι. Κατόπιν προσφυγῆς τῶν κληρονόμων εἰς Βενετίαν, διετάχθη ὁ ρέκτωρ νὰ ἀναθεωρήσῃ τὴν ἀπόφασιν καὶ νὰ ἐκδώσῃ ἄλλην μᾶλλον σύμφωνον πρὸς τὸ δίκαιον. 1339, Ἰουνίου 10.

Fo 40to

Nº 349. Millesimo trecentesimo XXXIX, die decimo Junij.

1

Capta. Cum pro parte et nomine Jacobine, Marizoli, Magdalene et Marchesine filiarum quondam Petri de la Porta et neptum Johannis de la Porta de Canea expositum nobis fuerit quod dictus Johannes ciuis suus per suum testamentum reliquit dicto Petro filio suo duas suas milicias et alia multa bona sua et possessiones, addens condicionem quod una dictarum miliciarum scilicet illa de Culfo non posset uendi nec alienari. Et ipse Petrus ad suam mortem ordinauit suam solam commissariam uxorem eius nomine Albertinam, que ad suam mortem ex uigore testamenti uiri sui reliquit et ordinauit commissarium in bonis uiri sui spectantibus suis filiabus predictis, fratrem ipsius testatricis nomine Andream Baseio habitatorem Chanee clericum. Qui substitutus commissarius existentibus tribus ex dictis filiabus in pupulari etate et in cura et gubernatione dicti substituti fecit se creditorem dicte commissarie Petri de la Porta et fecit sibi soli commissario precipi coram uiro nobili Petro Bragadino rectore Chanee et obtinuit sententiam contra commissariam prefati Petri et per eam intromisit et habuit dictas duas milicias, silicet tam illam que erat condicionata in non possendo uendi nec alienari, secundum testamentum aui earum, quam alteram que condicionata non erat, que Andreas Baseio, ad occultandum quod fecerat contra formam testamenti supradicti Johannis procurauit et fecit ipsas caualarias scribi in aliam personam laycam, uidelicet Pauletum Baseio consanguineum suum, quia clericus non potest habere milicias. Et sit nobis propterea supplicatum ut predictis sororibus in premissis dignaremur de opportuno subuencionis remedio providere, attento quod predicta facta uidentur contra Deum et iusticiam et contra punctum testamenti Johannis de la Porta prefati. Capta fuit pars quod mandetur et committatur rectori Chanee quod non obstante aliquo puncto sue commissionis, per quod non possunt se intromittere de sententijs latis uel alijs scripturis factis per suos predecessores debeant audire et examinare iura dictarum sororum in facto huiusmodi et iura quorumcumque uolentium contradicere. Et superinde terminare et sententiare quod sibi uidebitur esse iustum.

Quia quamquam ut audistis super isto facto alias et nunc multa facta est disputacio tamen ut superinde quod sit melius cognoscatur; uadit pars quod ipsum factum inducetur usque diem lune proximi post nonam, qua hora uocetur



istud consilium sub pena soldorum XX cuilibet de consilio et ponetur et fiet quod  
erit melius domino concedente. Et interim quinque sapientes poterunt etiam de-  
35 liberare quod sibi melius apparebit secundum uidelicet libertatem sibi traditam  
et in ipso consilio ponere sicut fuerit opportunum.

25.—23.—23.—23.

Alia pars fuit. Quod istud factum inducetur usque VIII dies proximos. Et  
interim uadant semel per texeras duo ex consiliarijs unus ex capitibus de XL  
40 unus ex aduocatoribus communis una cum dictis sapientibus ad uidendum et  
examinata loca ordinata et solita secundum partes et consilia, ut melius possit  
cognosci et diffiniri quid utilius in agendis et in dicto termino VIII dierum ue-  
nietur ad istud consilium et ponetur et fiet sicut uidebitur.

22.—21.—25.—27.

45 De non 22.—20.—16.—13. non sincere 3.—1.—1.—2.

## 10

Περὶ πληρωμῆς ἐνοικίου εἰς τὸν Φραντζεσχῖνον Γκέτσον, καγκελλάριον Κρήτης, λόγῳ χάριτος, διότι,  
ἐνῶ ἦτο σύνηθες νὰ πληρώνηται τὸ ἐνοίκιον εἰς τοὺς καγκελλαρίους Κρήτης, δὲν συμπεριελήφθη  
εἰς τὰ ἀποφασισθέντα περὶ καγκελλαρίας Κρήτης. 1339, Ἰουνίου 13.

F<sup>o</sup> 41<sup>r</sup> N<sup>o</sup> 354. Millesimo trecentesimo XXXIX, die XIII Iunij.

Capta. Cum cancellarij nostri Candide semper sint consueti habere soldos  
XXV grossorum in anno pro afficto domus; et in prouisionibus pridem factis su-  
per factis dicte cancellarie nulla mentio habita fuerit de dicto affictu, propter  
5 quod nisi in hoc prouideretur Franceschinus Gezo, qui factus fuit cancellarius  
post dictas prouisiones habere non posset affictum predictum. Uadit pars quod  
fiat gratia dicto Franceschino, quod habeat dictos soldos XXV grossorum omni  
anno pro dicto affictu, sicut sepe habuerunt alij cancellarij precessores sui. Et  
rectores nostri Crete hoc laudant et consulunt dicentes quod si a se potuissent,  
10 sibi dedissent dictum affictum.

## 11

F<sup>o</sup> 42<sup>to</sup> N<sup>o</sup> 359. Εἰς τὸν Τζανάκην Ντόνον ἐκ Χανίων παρέχεται, λόγῳ χάριτος, δάνειον ἐκ τοῦ ταμείου τῶν  
σιταποθηκῶν ἑκατὸν λιτρῶν γροσίων, ὑπὸ τὸν ὅρον νὰ ὑποχρεωθῇ νὰ παραδώσῃ εἰς Χανία ποσό-  
τητα σίτου, τοῦ ὁποίου ἡ ἀξία νὰ εἶναι τῶν ἑκατὸ λιτρῶν γροσίων, ἥτοι μουτζούρια 11 μέχρι 12  
χιλιάδων σίτου καλοῦ, νέας ἐσοδείας καὶ ἐμπορευσίμου, μὴ ἀναμειγμένον μετὰ μαύρης αἶρας.  
Τὴν ποσότητα ταύτην σίτου ὀφείλει νὰ ἀποδώσῃ ἐντὸς πενταετίας, εἰς ἴσας ἐτησίας δόσεις κατὰ  
Σεπτέμβριον. 1339, Ἰουνίου 20.

## 12

F<sup>o</sup> 54<sup>r</sup> N<sup>o</sup> 457. Ἀπαγόρευσις εἰς τὸν δοῦκα καὶ συμβούλους Κρήτης περὶ ἀγορᾶς ἢ πωλήσεως ἐπὶ πιστώσει,  
συμφώνως πρὸς τὰ διατεταγμένα, εἰς ᾧ κατηγορηματικῶς διατάσσεται, ὅτι δὲν ἔχουσι τὸ δικαίωμα

